

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

THEŒGNIDIS

MEGARENSIS

SENTENTIÆ ELEGIACÆ,

cum interpretatione & Scholijs

ELIÆ VINETI.

Sum mejs Paulj Silbermanni Berolyniani Norici.

ACCESSERVNT ET HORVM

Poetarum opera Sententiosa:

Phocylidis

Pythagoræ

Solonis

Tyrtæi

Naumachij

Callimachi

Mimnermi

Eueni

Rhiani

Erathostenis

Panyfidis

Lini

Menecratis

Posidippi

Metrodori

Simonidis.

Senariorum libellus.

Omnia in usum Scholarum collecta, & ad verbum

conuersa per IACOBVM HER-

TELIVM Curientem.

Adiecta quoque est omnium versio, Latino

Carminè à diuersis expressa.

Οὐ πρὸς δ' ἀπαρτὸς ἐστὶν δεξιῶσι λαλῶν.

M. D. LXXVII.

Melibi comparauit, 9. Septemb. Anno D. M. DC. CC. XLII.
Ulrichi Labici. Constat. 2. 4.

AMPLISSIMIS,
PIETATE, PRVDEN-
TIA, AC ERVDITIONE
præstantissimis viris, D. Cofs.
& Senatoribus Reipublicæ
Salueldensis, Dominis
ac Patronis suis ob-
seruandis.

S. P. D.



Vandoquidem Viri amplif-
simi, nihil animis hominum
magis inhæret, quàm id, cui
à teneris consueferunt: idcirco
quod tenerum est, vt ait Se-
neca, proximis applicatut:
vniuersæ hominum societa-

tis permagni interest, vt ab ineuntibus sta-
tim annis mortales optimis, quæ per totam
vitam vsui futura sint, assuescere discant:
Quia verò ætatis imbecillitate iuuentus ad
malum quàm ad bonum procliuior, minus
considerat profuturane an obfutura sint, quæ
tractat: opus est, vt per adultiores, quibus
cura eius qualicunq; modo incumbit, à tur-
pibus ad honesta, à vitijs ad virtutum amo-
rem deducatur. Id autem nulla commodio-

E P I S T.

te via, quàm per liberalem institutionem, fieri potest. Tanta enim eius vis est in vtramque partem, vt nulla tam bona possit esse natura, quin illius quasi excolendæ cura intermissa, vitiosa reddatur: nulla item tam mala sit, quæ non ad frugem liberali ac fideli institutione redigatur. Proinde cum adulta hominum ætas ad omnia minus docilis tractabilisq; sit, quàm rudes illi iuuentutis anni, qui instar ceræ quamlibet impressionem facile admittunt: tum generosi mores, vt ille ait, imbuendi sunt, cum tener est animus: tum optimis assuescendum, eaq; discenda, quæ nec grandinem, nec vim, nec Iouem ipsum, vt Plato inquit, extimescant: quæ quoque cum naufrago salua enatare, nec à latronibus eripi queant, cum ad quæuis cereum adhuc est ingenium. Nam postquam annis iam quasi dirigit animus, partim ægrè, quorum praua consuetudine fuimus infecti, dediscimus: partim, quæ noscimus, non nisi maxima nobis inculcari difficultate possunt. Quò elegantissima metaphora hac respexisse videtur Ouidius:

*Qua prebet latus arbor spaciantibus umbras,
 Quo posita est primum tempore, virga fuit.
 Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,
 Nunc stat in immensum viribus aucta suâ.*

Hæc.

DEDICAT.

Hæc perita rerum antiquitas considerans, quæ nihil non egit, vt Respublicæ optimè constitutæ in suo flore permanerent, iuuentutem, ceu seminarium totius hominum conuersationis, optimis quibusuis non tam artibus & disciplinis, quàm morum vitæq; præceptis imbuendam curauit. Non ignara, & sine literis rudes inertesq; & cum literis parum vtilis fore homines, nisi honestati vitæ quàm primùm assuefierent. Plus enim deficere, quàm proficere eum, qui doctrina proficit, & moribus deficit, præter Aristotelem, quotidiana docet experientia. Non autem quæuis temerè, & citra delectum, teneris puerorum animis obtrudi passa est: sed eos auctores, qui & pietatem, & præcepta de morum virtutibus continerent, proposuit. In quorum auctorum numero, Poëtæ, qui vel mira ingenij industria clarorum Virorum egregia facta in exemplum posteritati descripta reliquissent: vel quàm breuissimis, maximeq; illustribus sententijs doctrinam morum essent complexi, suo quodam iure faciliè primas obtinuerunt: vnde & nomen illorum in maximo cultu, maximaq; veneratione apud optimos quosuis extitisse non ignoramus. Plato, philosophiæ quidam sol, huiusmodi Poëtæ non dubitat nunc deorum filios, nunc prophetas appellare. Et tantum

E P I S T.

abest, ut è Repub. sua eiecerit (quod ijs fecisse legitur, qui diuina poëticae arte ad lasciuem, turpesq; amores abusi erant) ut & ipse testimonijs eorum vsus, & alijs exemplo suo præclarissima ipsorum monumenta euolendi autor fuerit. Sicut eius rei locuples testis est honestissima creberrimâque apud ipsam Solonis, Tyrtæi, Homeri, Hesiodi, & aliorum melioris notæ mentio. Socratem, qui ipsius Apollinis oraculo sapiens pronunciatum est, Euripide Tragico familiarissimè vsum esse, nemo nescit. *Μουσῶν δὲ πούτε καὶ αὐτῶν ἀρετῆς* ab Hesiodo & Pindaro nuncupantur. Strabo autem lib. 1. de Situ orbis scriptum reliquit, veteres *πῶ πρῶτῳ ποιηκῶν*, ut omnium doctrinarum antiquissimam, philosophiam quandam perhibuisse. Quippe quæ à teneris nos vnguiculis ad viuendi rationes perducatur, mōres atq; affectus edoceat, quæq; gerenda declinandâue sint, quadam cantus suauitate præcipiat. Et quò magis suam erga huiusmodi *ἠθικῆς ποιητῆς* gratitudinem testatam redderent, iuuenesq; ad bonarum rerum studia, morumq; integritatem excitarent: statuis ac imaginibus eos honestari, poëmata ipsorum in publicis Deorum celebritatibus, alijsq; conuentibus recitari, optimasq; sententias templorum foribus, tanquam Deo dignas, imò ab ipsis

Numi-

D E D I C A T.

Numinibus vsurpatas, affigi, nec non aureis
 preciosisq; materijs insculptas ad omnem po-
 steritatem conseruari curauerunt. Quem-
 admodum ex Platone, Xenephonte, Pausa-
 nia, Plutarcho, Athenæo, alijsq; vetustissi-
 mis scriptoribus & iam dicta, & alia plura de
 Poëtarum excellentia & vtilitate cuius ob-
 uia sunt: nec patitur epistolæ angustia huc o-
 mnia referre. Etsi verò Christianæ profesio-
 nis homines, sinceræ Religionis Pietatisq;
 studium non ab huiusmodi autoribus, sed ex
 sacrosanctæ Scripturæ fontibus petere debent
 & possunt, vt quæ sola salutem & æternam be-
 atitudinem per I E S V C H R I S T I veri Dei,
 veri q; hominis meritum credentibus para-
 tam esse monstret, præceptaque ad Christia-
 nam vitam vtilia copiosissimè præscribat:
 tamen Poëtarum quòq; (qualium scripta iu-
 uentuti proponimus) lectionem & vsurpa-
 tam, & in non contemnendo precio habitam,
 habendamq; esse, grauissima sanctissimorum
 in Ecclesia Dei virorum exempla & autori-
 tates comprobant: quarum paucissimas, ob
 eos qui parum dextrè de Poëtis sentiunt, in
 medium proferre placuit. D. Paulum, ele-
 ctum illud Dei omnipotentis organum, Poë-
 tarum libros euoluisse, & vt Clemens ait, ad
 ædificationem curamq; aliorum, testimonijs
 eorum vti non erubuisse, Sacrarum literarum

E P I S T.

veritas testatur. Sic Act. 17. vbi Deum esse
 probat, Aratum vetustissimum poëtam ci-
 tat. 1. Cor. 15. ex Menandro Comico malo-
 rum consortia fugienda monet, quòd prauis
 colloquijs boni mores corrumpantur. Cre-
 tensium mores Tit. 1. ex Epimenide vate Cre-
 tensi graphicè depingens ait: κεντρικὴ ἀεὶ ψυ-
 σὰ, κακὰ δὲ δεινὰ γαστέρες ἀγυαί. Gregorius Na-
 zianzenus, ob excellentiam Theologus di-
 ctus, scriptis poëtarum mirè delectatus est,
 & sacrorum carminum volumen posteritati
 reliquit: quod non solùm priscis temporibus
 propositum est pueris, vt Socrates, Sozome-
 nus, Orosius & Eutropius scribunt, verùm e-
 tiam hodiè à doctissimis Viris in delicijs ha-
 betur. Quid de Iohanne Chrysoftomo Pa-
 triarcha Constantinopolitano sub Arcadio
 & Honorio Impp. Anno Christi 401. dicam,
 qui Aristophanis Comædijs etiam noctu pro
 puluino vsus est? Quid de Eustathio Thessa-
 lonicense, cuius etiam hodiè eruditissimi in
 Homerum, ingeniorum fontem, Commen-
 tarij extant? Neq; mihi hoc loco temperare
 queo, quo minus etiam D. Basilij Cæsarien-
 sis, cui virtutum splendor Magni cognomen
 peperit, verba adscribam, de eorum Poëta-
 rum lectione, qui bonorum hominum dicta
 factaque narrassent: quales præ cæteris fue-
 runt, Homerus, Hesiodus, Theognis, Pho-
 cyli-

+

D E D I C A T.

cylides, Pythagoras, Solon, Tyrtaeus, & alij. Sic ergo in Admonitione ad adolescentes, quo pacto ex gentilium scriptis proficere queant, ait: Ἦν τάττε παρασκευῶν καὶ ποιηταῖς, καὶ λογοποιοῖς, καὶ ῥήτορσι, ἔπῳσιν ἀνθρώποις ὁμιλητέον, ὅθεν ἀνμέλλη πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς ἑπιμέλειαν ὠφέλιμά τις ἔσειε. καὶ μετ' ὀλίγον: εἰ μὴ ἔν ἐστὶ τις οἰκφότης πρὸς ἀλλήλους τοῖς λόγοις, πρῆροῦ ἂν ὑμῖν αὐτῶν ἡ γνῶσις γένοιτο: εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ τό γε παράλληλα γέντας καταμαθεῖν τὸ ἀρίστον ἔμικρον εἰς βελτίωσιν τῆς βελτίον. Hoc est: Poëtis & Oratoribus omnibus hominibus utendum, unde futura sit aliqua utilitas, quæ ad animæ faciatur ædificationem. Et paulò post: Et si nostrorum sermonum atq; gentilium vlla est convenientia, nobis illorum valdè conferet noticia: sin minus eos saltem simul conferendo differentiam discere licebit, cum ad melioris optionem atq; delectum non parum comparatio valeat, & inferiora sæpe collata sint potioribus ornamento. Nec ab his dissentit Philo sapientissimus, dum libro de Agricultura, de puerorum studijs in hunc modum disserit: Φυτεύσω δὲ ταῖς μὲν ἐσθλῆς ἡλικίας παιδικῆς ψυχῆς μοχλεύματα, ὧν ὁ καρπὸς αὐτὸς τιθωθήσεται. ἐστὶ δὲ ταῦτα, ἢ τῆς γράφης καὶ ἀναγνώσεως ἔυσοχῆς ἑπιπέσεις, ἢ τῆς

A 5

παρα

E P I S T.

πὰρὰ σοφοῖς ποιηταῖς ἀκριβοῦς ἐρεῖνα, γεωμε-
 τρία, καὶ ἡ πρὸ τὰς ῥητορικὰς λόγους μελέτη, καὶ
 ἡ σύμπασα τῆς ἐγκυκλίου παιδείας μουσική.
 Quæ verba Latinis auribus sic sonant: Inse-
 ram autem primùm in puerilis ætatis ani-
 mas, furculos, quorum fructus ipsas enutriat.
 Sunt autem hi, scribendi legendiq; certa in-
 dustria, eorum quæ apud sapientes poëtas
 habentur diligens scrutatio, geometria, ora-
 toriæ facultatis meditatio, & vniversa libe-
 ralis musica. Atq; hæc quidem de Poëtarum
 autoritate & lectione paucis attigisse, non
 planè ἐκ τῶν πῶ ἔλασπ, sufficiat. Haud enim
 parem humeris susciperem prouinciã, si ex
 singulis Christianis scriptoribus (vt de genti-
 lium myriadibus taceam) Poëtarum & lau-
 des colligere, & osorum calumnijs occurre-
 re conarer. Ego itaq; tantorum virorum iu-
 dicio & consilio incitatus, iuuentuti, cuius in-
 formandæ mihi quoq; cura incumbit, hac in
 parte, quod ad optimorum Poëtarum studi-
 um attinet, labore quidem duro, animo verò
 non ægro consulere studeo, cum hanc meam
 esse Spartam non ignorem. Mirificè enim
 peritæ rerum antiquitatis, quæ, vt Plato vult,
 κρείττωρ ἅμα καὶ ἐγγυτέρα θεῶν ἐγένετο, exemplum
 se qui, & quantum par est, alijs ad idem faci-
 endum autor esse placet. Hac de causa, cum
 labores nostros, quos in Comicoꝝ L. scri-
 ptis

D E D I C A T.

ptis ab interitu vindicandis exhausimus, bonarum literarum studiosis non ingratos animaduertentem: facile, nunquam satis laudati viri D. Iohannis Oporini, Compatriis ac amici mei obseruandis, consilio acquieui, quo me, vt horum quoque Poëtarum, quos hic damus, scripta collecta iuuentutis studijs communicarem, incitauit. Theognide ergo *γυναικωνόμων*, cū versione & doctissimis *ELIAE VINETI* Annotationibus, ex arbitrio D. Typographi, præmissis, reliquorum autorum omnium scripta ex diuersis hinc inde autoribus congestis, congesta fideliter interpretati sumus, & ad puerorum caput quam proximè accommodauimus. Nec iuuenilibus ingenijs inutilem hanc nostram operam fore speramus. Castissima enim saluberrimaque de moribus præcepta proponit, quæ usum non pœnitendum in omnes vitæ huius partes, si rectè percipiuntur, sint allatura. Præterea Græcæ linguæ (quæ comptissima est in his autoribus) cum Latina collatio, non parum emolumentum ad vberiore eruditionis thesaurum comparandum adferret: ijs præsertim, qui aliàs viua magistri voce destituti, ipsi sibi præceptores esse in Græca literatura coguntur: vt plures commoditates, quas præter iuniores etiam adulti hinc haurire possunt, sciens præteream. Neque pa-

rum

E P I S T.

rum tamen doctissima Stobæi interpretatio, unde non paucas sententias transcripsimus, nos iuuat. Versionum Latino carmine, sui cuique interpretis nomine præfixo, ne alienis nos ornare plumis videremur, subiicimus, ut Græcæ elegantię cum Latina melius perspiceretur conuenientia, ab ijs, qui iam absque cortice in Græco studio natare queunt. Nondum carmine reddita, pro nostra tenuitate pedibus astringimus, ita ut quàm proximè Græca sententia exprimeretur. Alicubi lectionis varietas margini est aspersa. His omnibus eiusdem, si non carminis, tamen argumenti libellus Senariorum insertus est, ut quàm absolutissimam de moribus, totaque vita laudabiliter instituenda doctrinam, optimorum hoc Poëtarum Opus teneris puero- rum animis proponeret.

Hunc autem nostrum laborem, Viri amplissimi, vobis inscribere, librumque Scholæ vestræ consecrare, maximè necessarium duxi: tum, ut sub amplissimi nominis vestri patrocinio (quod quàm eximium erga bonarum artium cultores semper extiterit, manifestius est, quàm ut nostro præconio indigeat) tutus à maleuolorum, quorum plena sunt omnia, morsibus in communem iuuentutis usum prodiret: tum in primis, ut grati tandem

D E D I C A T.

tandem animi iudicium, licet exiguum, exhiberem pro innumeris Reipublicæ vestræ in me beneficijs. Cum enim puerilium studiorum partem non postremam Scholæ vestræ celeberrimè constitutæ, sub optimis præceptoribus M. CHRISTOPHORO HOFFMANNŌ, & IOANNE TVMLERC, (P. CASPARE AQUILA primariam Ecclesiæ curam gerente) feram acceptam: gratitudinis officium videbatur requirere, tam pro his, quàm pro alijs civium vestrorum in me meritis, chartaceo hoc munusculo, cum aliud non esset, testatum omnibus reddere, memoriam humanitatis vestræ nondum apud me tenuisse: si forte alij meo exemplo excitati meliora, nominiq; vestro amplifimo magis convenientia darent, & tandem ἀχαρισίας turpissimum crimen à Christiano cœtu exulare inciperet. Etsi verò per se satis exiguum est munusculum hoc, nec dignum quod cum P. V. officijs conferatur: tamen, si pro vestro favore erga liberalia studia & iuventutis honestam institutionem, offerentis animum respexeritis, non minus gratum confido futurum, quàm si vel Colophonium autem à me P. V. oblatum esset. Quæ spes ne me fallat, per eam, qua omnes φιλομάθειν prosequi soletis, benevolentiam etiàm atq; etiàm oro. Deus Opt. Maximus, æternus

Pater

EPIST. DEDICAT.

**Pater Domini nostri IESU CHRISTI,
P. V. consilia & actionem ad sui nominis glo-
riam, & Ecclesiae, Scholaeq; communem
salutem dirigat, vosq; omnes in sui agni-
tione vera conseruet, Amen. Basileae, ex
Ludo literario ad D. Petrum, 8. Calend.
Febr. Quo die, vt quidam volunt, ante an-
nos 1527. Paulus Tarsensis ad poenitenti-
am reuocatus diuinitus, hostili in Christia-
nos animo deposito, CHRISTI
dogmata amplexus est: quem-
admodum Lucas Act.
9. scripsit.**

P. V.

deditissimus

**Iacobus Hertelius
Curiensis**

ELIAS VINETVS

SANCTO LECTORI.



VM ocij plurimum Anno superiore apud Franciscum Sangelasium Engulifmensis Ecclesiæ Decanum, virum cum generis splendore, tum ingenij dexteritate apprimè nobilem, nactus fuissèm: id totum, quantum per aduersam valetudinem licuit, in iucundissima Græcorum Poëtarum iectione à me contritum est; qua quidem in re consilium eorum lubens secutus sum; qui antiquos scriptores eo legendos ordine censent, quo & vixerunt, & scripserunt; quòd recentiores à vetustioribus semper habeant quidpiam, quod non facile intelligas, nisi prius illos diligenter legeris. Perlectis igitur, quorum fuit copia, vetustissimis quibusque, cuiusmodi sunt Homerus & Hesiodus, Theognidem tandem in manus sumpsi: cuius sententias licet graues esse non dubitarem, eo tamen intellectu mihi faciles fore sperabam, quòd crederem nil esse illic quod à posterioribus, quos aliquando legeram, non fuisset luculentius tractatum. Verùm vix dum è portu solueram, cum tot subito emergunt scopuli, tot statim ob-

ortæ

ELIÆ VINETI

ortæ nubes, cælúmque diémque eripiunt oculis, vt à proposito facilè his deterritus fuifsem: nisi cupido huius conficiendi æquoris me planè obftinata iam inde cepiffet, ex quo primum à Præceptoribus, meis, Aristotelis aliorumq; veterum fcripta prælegi mihi cepta fuerant, quæ huius Poëtæ fententijs veluti fuauiſſimis floſculis inſperſa eſſent.

Cùm igitur pergere obfirmato prorfus animo certum eſſet, quæ ad tam difficilem periculoſamq; rem conficiendam conduce- re viſa ſunt, ea diligenter omnia adhibui, cuiusmodi ſunt cùm variorum codicum, locorumq; ex eodem autore ab alijs ſcriptoribus citatorum diligens collatiò: tum ſyncerum & acré amicorum meorum, viro- rum docto- rum, vnã cum meo, iudicium: inter quos PETRVS PANÆTIVS, & IACOBVS GYPVLVS, facilè principes. Qua quidem diligentia abſciſſis, abiectis, tranſpoſitis multis, effectum tandem eſt, vt inſtituto ſatiſfecerim meo, perlegerim bonum poë- tam, eorumq; quæ in eo corrupta erant, bonam magnamq; partem obiter caſtiga- uerim.

Cæterùm cum in eo totus eſſem, IO- HANNI LODOICO TILLETANO, typo- grapho diligentiffimo, rem patefeci, cum in eius bibliopolium, quærendi ex eo exempla- ris gra-

EPISTOLA.

his gratia aliquando me contulisset: quam ubi intellexisset, rogavit vehementer, ut si quid haberem in eum autorem, quem esset brevi excusurus, communicarem: me sibi, studiosisq; omnibus gratum facturum. Id autem perfacile impetrauit ille, quando incunte hac æstate huc veni, candide lector: cui in tuam gratiam publicandum tradidi, quicquid fuit nostri in Theognidem laboris, quem autorem utinam tam totum restituere omnino potuissem, quam cupiebam. Is enim tam depravatus fuit, tam lacer, tam mancus, ut nulla diligentia, nullo labore, nullis deniq; quantislibet vigilijs id præstare potuerim. Quæ res in causa est, ut in Latinum sermonem à me conversum non habueris. Quod reliquum igitur hic desiderabitur, id ab alio interim dum feliciter expectabis, nostro hoc labore, quantuluscunque est, fruaris, cumq; boni consulas.

velim. Vale, Lutetiz. Calendas Sextil. 1543.

B

THE-

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

T Y R T A E I

Nunquam eius bona gloria interit: neq; nomen ipsius,
Sed quamuis sub terra sit, manet immortalis.

Quem se fortiter gerentem, manentēq; & pugnātem,

Pro patria & liberis vehemens Mars peremerit,

Quod si effugerit sorte mortis longū inducentis soporē,

Et victoria potitus splendidā gloriā pugna auferat,

Ipsū ex equo omnes iuuenesq; senesq; colunt,

Multisq; incundis affectus ad orcum abit.

Senescens autem inter ciues præcellit, neq; quis illum

Ledere, nec irreuerenter nec iniuste cupit.

Omnesq; in sedibus iuuenes simul & æquales

Loco cedunt ei, quiq; maiores nati sunt.

Huius igitur virtutis ad summū peruenire, nunc ali-

Nitatur animo, non remittens bellum. (quis

Eiusdem: aliās Callini.

Quamdiu torpetis? quando strenuam habetis animam

O iuuenes? an non veremini vicinos,

Ob tantam ignāciam? In pace autem vobis videmini

Sedere: sed bellum totam regionem infestat.

Quin scutum aliquis arte in prælio hosti obtendat:

Et aliquis moriens ultimo iaculum emittat.

Honori enim est & ornamento viro, pugnare

Pro patria & liberis & tenera uxore

Aduersus hostes. Mors autem aderit, quando cumq;

Parca destinauerint. Sed age quispiā rectā pergat

Extensō in altum gladio, & sub scuto forte pectus

Foueat

S E N T E N T I A E .

ἄδελφοτε λεῖος ἰοθ' ἄνδ' ἀπολλυται, ἄδ' ὄνομ' αἰτᾶ,

ἀλλ' ὑπὸ γῆς πορ' ἑὼν γίγνεται ἀθάνατ'.

ἔν τιν' ἀρεσκύοντα, μύοντά τε, μαρναμένον τε

γῆς περὶ καὶ παίδων θῆρ' ἄρης ὀλέση.

εἰ ἢ φύγοι μὲν ἕηρα ταηλέγεθ' ἰανάτοιο,

νικήσας δ' αἰχμητῆ ἀγλαὸν εὐχ' ἔλοι,

πάντες μὲν τιμῶσιν ὁμῶς νέοι, ἠδ' ἐπαλαιοὶ,

πολλὰ ἢ τερπνὰ παθῶν ἔρχεται εἰς αἰδ' ἴω.

γηράσκων δ' ἀσπίσι μετὰ πρῆπ' ἄδ' ἔτις αὐτὸν

βλάπην, ἔτ' αἰδ' ἔτε δίκης ἐθέλει.

πάντες δ' ἐν θῶκοισιν ὁμῶς νέοι, οἴγε κατ' αὐτὸν

εἰκῶσ' ἐκ χώρης, οἴ τε παλαιότεροι.

ταύτης νῦν τις ἀνήρ' ἀρετῆς εἰς ἄκρον ἰκέσθ'

παράσθω, θυμὸν μὴ μέθεις πολέμα.

Ἔ αὐτᾶ, ἢ Καλλίνω.

μέγρις τῶ κατ' ἀκρόθ' ἔστι; πῶτ' ἄλκιμον ἔχετε θυμὸν,

ὡν ἔοι; ἄδ' αἰδ' ἔσθ' ἀμφοτερικ' ἕονας,

ὡς δὲ λίω μεθιέντες; ἐν εἰρήνῃ ἢ δοκῆτε

ἡσθ', ἀτὰρ πόλεμ' ἄγλαυ ἀπασαν ἔχθ'.

* εὐνύ τις ἀσπίδα θεῶσθ' ἐκαστιβίως πολεμίζωμ. * Hūc

καί τις ἀποθήσκων ὕσατ' ἀκοιτισάτω.

hexa-

τιμῆν τε γάρ ἐστι καὶ ἀγλαὸν ἀνδρὶ μάχεσθ'

metrū

γῆς περὶ, καὶ παίδων, κεριδίης τ' ἀλόχε

D. Ca-

δυσμενέσιν. θάνατος δ' ἐπὶ ἔσθεται, ὅππότε κεν δὴ

rius

μοῖραι ἔπι κλώσασ'. ἀλλὰ τις ἴθυσ' ἴτω,

de suo

ἔγχεσ' ἀναχόμενος, καὶ ἴω' ἀσπίδος ἄλκιμον ἦτορ

sup-

pleuit
ἔλσας

T Y R T A E I

Foveat, cum primum incipit committi pugna.
 Non enim mortem effugere fatale est
 Virum, neque si à maioribus immortalibus genus ducat.
 Sape quis elapsus è pugna sonituque telorum
 Evadit, sed ipsum domi fatalis mors apprehendit.
 Atque hic sanè nec amicus est populo, nec gratus:
 Illum verò magnus & parvus deslent si quid passum
 Univerfus enim populus virum fortem desiderat (fuerit.
 Defunctum, viventem verò instar semidei colit.
 Nam cor àn intuentur illum velut iurrim:
 Quippe solus multorum aequat facinora.
 Eiusdem.

Veruntamen Herculis genus invidium estis:
 Confidite nondum Iovis facies aversa est à nobis.
 Nec hominum turbam formidatis, aut metuatis,
 Quin rectè quisque hostibus scutum obvertat.
 Inuisam amissurus animam, mortisque nigrum,
 Sed solis splendori gratum subiturus fatum.
 Nostis enim quàm gravia sint Martis luctuosi opera,
 Nostis etiam impetum permolesti belli.
 Et quandoque fugistis ipsi, quandoque alios fugastis,
 Iuvenes, utrunque satis experti estis.
 Nam ex illis qui audent unà persistentes
 Cominus in hostes adversos impetum facere,
 Per pauci occidunt, retroque servant populum:
 Timidorum autem virorum omnis peris virtus.

Vix

Σ Ε Ν Τ Ε Ν Τ Ι Α Η :

ἔλσας ἢ πρῶτον μιν γυνυμένων πολέμα.
 ἔ γάρ πᾶς θάνατον γε φυγῆν εἰμαρμένον ἐστὶ
 ἄνδρ, ἐδ' εἰ προγόνων ἢ γῆ^σ ἀθαιάτων.
 πολλάκι δηϊότητα φυγῶν καὶ δ᾿ ἄπτον ἀκίντων
 ἔρχεται, ἐρδ' οἴκω μοῖρα λίχεν θανάτω.
 ἀλλ' οἰ μὲν ἐκ ἄρπας δ' ἡμῶ ^σείλ^σ, ἐδ' ἐ ποθήμος ἰ
 τὸν δ' οἰλίχ^σ σενάχ^σ, καὶ μέγας, ἦν τι πάθη.
 λαῶ γ' ἔσμπαντι πᾶθ^σ βρατερόφρον^σ ἀνδρῶς
 θνήσκοντ^σ, ζώων δ' ἄξι^σ ἡμιθέων.
 ὡσπερ γάρ μιν πύργον ἐσ οἰφθαλμοῖσιν ὀρώσιν,
 ἔρδ^σ γ' πολλῶν ἄξια μὲν^σ ἰῶν.

Ἔ αὐτῶ.

ἀλλ' Ἡρακλῆ^σ γ' ἀνίκητον γῆ^σ ἔσε:
 θαρσείτ', ἔπω ζεὺς αὐχέεσσ λοξὸν ἔχ^σ.
 μηδ' ἀνδρῶν πληθῶ δ' ἑμαίνετε, μηδ' ἐ φοβείσθε,
 ἰθὺς δ' ἐσ προμάχης ἀσπίδ' ἀνήρ ἔχεται,
 ἐχθρῶν μὲν ψυχῶ θέμενος, θανάτω ἢ μελαίνῃ.
 αὐγαῖσιν ἡῆρας ἡελίοιο ^σείλας.
 ἴτε γ' ὡς ἄρεωσ πολυδάκρυτα ἔργ' ἀείδηλαι,
 τῷ δ' ὀργῶ ἐδάητ' ἀργαλέσσ πολέμα.
 ἢ μ^σ φεύγοντων τε διωκόντων τ' ἐγρέσθε,
 ὡ κείσ. ἀμφοτέρων δ' εἰς κόρον ἡλάσατε.
 οἰ μὲν γ' ὀλιμῶσσι παρ' ἀλλήλοισι μένοντες,
 ἐσ τ' αὐτοσχεοῖλεν καὶ προμάχης ἰέναι,
 παρορότεροι θνήσκασσι, σασσι ἢ λαὸν ὀπίσσω.
 τρεσάρτων δ' ἀνδρῶν πᾶσ' ἀπόλωλ' ἀρετῆ
 ἐδ^σ

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

S E N T E N T I A E.

Eiusdem, vel Callini.

Ô iuvenes, quid vult sibi tanta ignavia? vbinam
Sunt animi? num de finitimis rubor est
Segnitiam ob vestram? securâ pace potiri
Creditis: at bello patria tota tremat.
Quilibet audacter inuortia surgat ad arma:
Atq; aliquis moriens vltima tela vibret.
Pro patria pulcrum est, natisq; & coniuge charâ
Pugnare, & valida bella cedere manu.
Mors aderit, cum fata volent, iam quis mihi recedat
Prodeat in pugnam, cum citò cepta fuit,
Tollens terribili gladium virtute, tegensq;
Fortia prae grandi pectora sub clypeo?
Effugere baud vlli mortem conceditur, etsi
A superis ortum duceret ipse suum.
Sape quis à bello, telisq; reuersus, & hoste,
Repperit in proprijs adibus exitium:
Nec tamen hic gratus populo est, nec amabilis vlli:
Illum autem deflet cum iuniore senex.
Quippe sui desiderium post fata relinquit
Fortis, at in vita est semideo similis.
Conspicitur siquidem veluti fortissima turris:
Nam quae multi agerent, omnia solus agit.

Eiusdem.

Alcide sed enim genus insuperabile, forti
Est animo: nondum flexa Iouis facies.
Vos ne turba virum densus ne terreat hostis:
Omnis in aduersos obuia tela gerat.
Inuisamq; adeo statuens abrumpere vitam,

Praci-

Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Une ou plusieurs pages sont omises
ici volontairement.

S E N T E N T I A E.

Eiusdem.

*Homo cum sis, nihil assertere stabile:
Nec ubi videris hominem certa
Spacia etatis promitte, etenim
Musa volucris res in morem
Inconstantia rotat humanas.*

Eiusdem.

Nec ullus expers criminis, nec mortis est.

Eiusdem.

Vt arma fugias, fata non fugies tamen.

Eiusdem.

*De luce cassis cor memoriam non supra
Vnum tenebit, si cor habeamus, diem.*

F I N I S.

L I P S I Æ,

Excudebant hæredes Georgij Defneri.

Anno

M. D. LXXVII.

